Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Prope esto dne & omis uie tue ueritas. Initio
cognoui de testimoniis tuis quia in eternum
fundasti ea. Vide humilitatem meam &
eripe me quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum & redime me propter
eloquium tuum uiuifica me. Longe a pec
catoribus salus quia iustificationes tuas
non exquisierunt. Misericordie tue multe dne
secundum iudicium tuum uiuifica me. Multi
qui persecuntur me & tribulant me de testi
moniis tuis non declinaui. Vidi preuari
cantes & tabescebam quia eloquia tua non
custodierunt. Vide quo mandata tua di
lexi dne in misericordia tua uiuifica me. Prin
cipium uerborum tuorum ueritas in eternum
omnia iudicia iustitie tue. Da gaudium

Oriv
talem

Principes persecuti sunt me gratis & a
uerbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua sicut q
inuenit spolia multa. Iniquitatem odio
habui & abhominatus sum legem autem